



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt LII. Ecclesiasticvs Non sit conuiciator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

CAPVT LII.

ECCLESIASTICVS NON
sit conuiciator.

§. **N**VLLI conuitum faciant: nam & comminatur Dominus, Matth. quinto. Qui dixerit fratri suo fatue, reuserit gehenna ignis. Quinimo, vt ait in Lelio Tullius, Monitio acerbitate & obiurgatio contumelia vacare debet.

§. Et quamuis duro & aspero verbo imo & danno, & verberibus culpa coerceri possit, qua de causa, & Dominus discipulos stultos, Luce 2.4.v.25. & Apostolus Galatas cap.3.v.1. appellavit insensatos, vt notauit S. Thomas 22.quest.72.articul.2.ad 2. Illud tamen accurate tenendum, quod sapientissime monet S. Augustin.lib.2.de sermone Domini in monte cap. 19. Raro & in magna necessitate Omnis ani obiurgationes adhibenda sunt, ita tamen, vt etiam in his ipsis madueratio non nobis, sed Domino vt seruatur, instemus. contumelia

§. Quod si nobis eiusmodi contumelia imponatur, vacare debet. moderatè toleremus. Si enim, vt ait Saluator Matth. bet.

10. vers. 25. Parremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto Patientia magis domesticos eius? Placeo, inquit Apostolus 2. Corinth. 12. in contu- vers. 10. mibi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Et Act. 5.v.41. Iabant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij: quoniam digni habitu sunt, pro nomine J E S V contumeliam pati. Plinias lib 22 cap. 11. Adyantem herbam, inquit, etiam superfundas aqua aut immegas, tamen sicca similis est. Ita in virum bonum non heret contumelia aut infamia, etiam si quis infamare conetur.